



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 51. Carpenterii scriptum in eandem rem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI
A. C. 1572.

genti vim congefisset, ut se Regi potentia, atque opibus adæquaret, hacque ratione, cum sibi commodum videretur, exercitum ad turbandum regnum compararet: præterea Belleverius de eodem Colinio edicebat, quod palam in sanctiore consilio Regi interminatus esset, nisi bellum Hispanis inferret, fore, ut potioem Galliæ partem adversus Regiam Majestatem ipse concitaret, quam in rem semper circa se latrones hominibus necandis exercitatos, certos item alios in quibusque Regni provinciis habere dicebatur, quorum celeri opera in mittendis nuntiis, & exercitibus conscribendis uteretur, adeo ut eam ob causam Regi, & universæ Galliæ terribilis fuerit: his multa subjuncta erant, quæ ad ambitionem Colinii exagitandam, & ejus famam magis obscurandam studiose prolata fuerant. Verum ad hanc ejus orationem postmodum latino sermone vulgata brevi responsum est scripto admodum acri, & conviciis pleno Wolfgangi Prischachii Cracoviensis nomine edito.

§. LI.

Carpenterii scriptum in eandem rem.

Thu. l. c.

Sub idem tempus Belleverius itineris sui socium selegerat Petrum Carpenterium Tolosanum, qui jus civile aliquando

quando Genevæ publice professus fer- Sæcul. XVI.
A.C. 1572.
 vente Parisiensi tumultu apud eundem
 Belleverium suum habuit perfugium :
 cum autem Rex, ac Regina de egre-
 giis hujus Viri dotibus certiores fierent,
 eundem tam promissorum, quam mu-
 nerum amplitudine sollicitabant, ut
 cædem in festo Sancti Bartholomæi
 patratam pariter tueretur : igitur hac
 de re Carpenterius Argentinam conten-
 dit, ubi etiam traditis aliquamdiu Ju-
 risprudentiæ præceptis se benignis o-
 mnino auribus excipi sperabat, ibidem-
 que die decima quinta Septembris con-
 tra Protestantes, qui Caussarii vulgo
 appellabantur, epistolam perscribebat,
 eamque ad Franciscum Portum Cre-
 tensem linguæ Græcæ peritum, atque
 in ædibus Renatæ Ferrariensis Ducissæ in
 Italia enutritum trans mittebat : ergo
 præprimis Carpenterius duo inter Gal-
 liæ Protestantes genera fuisse dicit, quo-
 rum alterum *pacatorum*, qui ad retinen-
 dam suam religionem solum respicie-
 bant, alterum autem erat eorum, qui
 se causam communem propugnare ubi-
 que sorgebant, de cetero autem homi-
 nes a pacis consiliis abhorrentes, ac fa-
 ctiosi existebant : postea in eodem scri-
 pto addit, quod unusquisque ex hisce
 Sectatoribus privatos suos habeat Mi-
 nistellos : denique Parisiensem lanie-
 nam

Sæcul. XVI. nam excusare conatus hujus cædis executionem omnino æquam fuisse demonstrat, imo & necessariam, ut impia hæc factio ad regiam auctoritatem labefactandam, fidem urbium sollicitandam, tranquillitatemque publicam turbandam, in perniciem denique protestantium, & religionis ipsorum a turbulentis hominibus, & patriæ hostibus conflata everteretur: attamen ad hanc epistolam Portus, seu quisunque alius sub ejus nomine, Kalendis Martii anni insequentis, non sine multa verborum acerbitate respondit.

§. LII.

Balduinus hanc cædem vindicare ab Andegavensi Duce rogatus sed oblitatus.

Cum Parisiensem cædem defendere, magis Andegavensis Ducis, quam ipsius Regis interesset, in opem etiam Francisci Balduini celebris Jurisconsulti eloquentiam, calamumque adhibere nitabatur. Hic in Germaniam delatus in celebrioribus Academiis Jurisprudentiam profitebatur, cædem tamen in festo Divi Bartholomæi patratam ex animo detestatus sese excusabat, acresque cum Calvinistis Genevensibus contentiones caussabatur, quibus fore dicebat, ut illa, quæ ab ipso proficiscentur,